et terra in die una. aut parietur gens simul quia
parturivit et peperit syon filios suos. Numquid
quod ego qui alios parere facio ipse non pariam
dicit dominus. Si ego qui generationem ceteris tribuo
sterilis ero dicit dominus deus. Letamini cum ierusalem et
exultate in ea omnes qui diligitis eam. Gaude-
te cum ea gaudio universi qui lugetis su-
per eam ut sugatis et repleamini ab ubere
consolationis eius ut mulgeatis et deliciis
affluatis ab omnimoda gloria eius. Quia hec dicit
dominus. Ecce ego declinabo super eam quasi fluvi-
um pacis et quasi torrentem inundantem gloriam
gentium quam sugetis ad ubera portabimini
et super genua blandientur vobis. Quomodo si cui
mater blandiatur ita ego consolabor vos
et in ierusalem consolabimini. Videbitis et gaude-
bit cor vestrum et ossa vestra quasi herba ger-
minabunt et cognoscetur manus domini servis eius et
indignabitur inimicis suis. Quia ecce dominus in
igne veniet et quasi turbo quadrige eius. Red-
dere in indignatione furorem suum et increpati-
onem suam in flamma ignis. Quia in igne dominus
diiudicabit et in gladio suo ad omnem car-
nem. et multiplicabuntur interfecti a domino.
Qui sanctificabantur et mundos se putabant
in ortis post ianuam intrinsecus. qui comede-
bant carnem suillam et abhominationem et
murem simul consumentur dicit dominus. Ego autem o-
pera eorum et cogitationes eorum venio ut congre-
gem cum omnibus gentibus et linguis et venient
et videbunt gloriam meam. ponam in eis si-
gnum et mittam ex eis qui salvati fuerint
ad gentes in mare in africam. in lidiam tendentes sa-
gittam in ytaliam et greciam ad insulas lon-
ge ad eos qui non audierunt de me et non vide-
runt gloriam meam et annunciabunt gloriam me-
am gentibus. Et adducent omnes fratres vestros de
cunctis gentibus donum domino in equis et in quadri-
gis et in lecticis et in mulis et in carrucis ad
montem sanctum meum ierusalem. dicit dominus. quomodo si in-
ferant filii israel munus in vase mundo in do-
mum domini. et assumam ex eis sacerdotes et le-
vitas dicit dominus. Quia sicut celi novi et terra
nova que ego facio stare coram me dicit dominus
sic stabit semen vestrum et nomen vestrum. Et erit
mensis ex mense et sabbatum ex sabbato et ve-
niet omnis caro ut adoret coram facie mea
dicit dominus. Et egredientur et videbunt cadavera
virorum qui prevaricati sunt in me. Vermis eorum
non morietur. et ignis eorum non extinguetur. et erunt
usque ad sacietatem visionis omni carni.

Ieremias propheta

cui hic prologus scribitur sermone quidem apud
hebreos ysaie et osee et quibusdam aliis pro-
phetis videtur esse rusticior. Sed sensibus par
est quippe qui eodem spiritu prophetaverit. Porro
simplicitas eloquii de loco ei in quo na-
tus est accidit. Fuit enim anathotites qui est
usque hodie viculus tribus ab ierusalem distans
milibus. sacerdos ex sacerdotibus. et in matris
utero sanctificatus. virginitate sua evangelicum
christi ecclesie dedicans. Hic vaticinandi
exorsus est puer et captivitatem urbis atque
templi non solum spiritu sed et oculis cernens intui-
tus est. Iam enim x. tribus israel assyrii in medos transtule-
rant. Iam terras eorum colonie gentium posside-
bant. Unde in urbe tantum et beniamin prophe-
tavit. et civitatis sue ruinas quadruplici
planxit alphabeto quod nos mensure metri
versibus reddidimus. Preterea ordinem vi-
sionum qui apud grecos et latinos omnino con-
fusus est ad pristinam fidem reduximus. Librum
autem baruch notarii eius qui apud hebreos
nec legitur nec habetur pretermisimus pro
his omnibus maledicta ab emulis prestolans

de quibus me necesse est per singula opuscula re
spondere. Et hoc patior quia vos me cogitis
Paula et Eustochium. Ceterum ad compendium
maledicti fuerat modum furori eorum si
lentio meo ponere quam cotidie novi ad
scriptitantem invidorum insaniam provocare.
Ioachim filius Iosie cuius tertiodecimo
anno prophetare orsus est Ieremias est sub quo et
Olda mulier prophetavit. Ipse est qui alio nomine ap
pellatur Helyachim et regnavit super tribus Iu
da et Ierusalem annis xi. Cui successit in regnum
filius Ioachim cognomento Iechonias qui tertio men
se regni eius die tertia captus ad vincula a Nabu
chodonosor ductus est in Babilonem et in loco
eius constitutus est Sedechias filius Iosie patruus
eius. Cuius anno xi Ierusalem capta atque subversa
est. Nemo ergo putet eundem Ioachim cuius in prin
cipio Ioachim qui in Ezechielis exordio Io
achin scribitur. Iste extremam sillabam cim habet
ille chin. Et ob hanc causam in evangelio secundum Mat
heum una videtur deesse generatio quia secunda tesseres
se decadas in Ioachin desinit filium Iosie
et tertia incipit a Ioachin filio Ioachim. Quod igno
rans Porfirius calumpniam instruit ecclesie
suam ostendens imperitiam dum evangelistam Matheum
arguere nititur falsitatis. Quod quippe tradit scribens
Ioachim monstrat non adversariorum fortitu
dinis fuisse victoriam sed Domini voluntatis. Iere
mias Anathotites qui erat viculus tribus ab Ierosolimis
distans milibus apud Taphnas in Egipto
a populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet
in eo loco sepultus quo dudum Pharao
rex habitaverat. Et quoniam postulatione sua de
fugatis ab eodem loco serpentibus Egiptios
a tactu aspidum fecerat esse securos magna
eum ibi religione Egiptii venerantur.



Verba Ieremie fi
lii Elchie de sacer
dotibus qui fuerunt
in Anathot in terra
Beniamin. Quod fac
tum est verbum Domini ad
eum in diebus Iosie
filii Amon regis Iuda in tertiodecimo anno
regni eius. Et factum est in diebus Ioachim filii Io
sie regis Iuda usque ad consummationem un
decimi anni Sedechie filii Iosie regis Iu
da usque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto.
Et factum est verbum Domini ad me dicens. Priusquam
te formarem in utero novi te et antequam exi
res de vulva sanctificavi te et prophetam in gen
tibus dedi te. Et dixi. A a a Domine Deus ec
ce nescio loqui quia puer ego sum. Et dixit
Dominus ad me. Noli dicere quia puer sum quoniam
ad omnia que mittam te ibis et universa
quecumque mandavero tibi loqueris. Ne timeas a
facie eorum quia tecum ego sum ut eruam te dicit
Dominus. Et misit Dominus manum suam et tetigit
os meum. Et dixit Dominus ad me. Ecce dedi ver
ba mea in ore tuo. Ecce constitui te super
gentes et super regna ut evellas et destru
as et disperdas et dissipes et edifices et plan
tes. Et factum est verbum Domini ad me dicens. Quid
tu vides Ieremia. Et dixi. Virgam vigi
lantem ego video. Et dixit Dominus ad me. Bene vi
disti quia vigilabo ego super verbo meo ut
faciam illud. Et factum est verbum Domini secundo ad me
dicens. Quid tu vides. Et dixi. Ollam suc
censam ego video et faciem eius a facie aquilo
nis. Et dixit Dominus ad me. Ab aquilone pandetur
malum super omnes habitatores terre. Quia
ecce ego convocabo omnes congregationes aquilonis
aquilonis ait Dominus et venient et ponent unus
quisque solium suum in introitu portarum Ierusalem.

hoc ee mādatu3 ut q̄admodu3 audi
stis abinitio ī eo ābuletis. qm̄ multi
seductores exierūt in mūdu3 q̄ nō cō
fitentur ihm xp̄m uenisse ī carne. hic ē sed
tor et antixp̄c. Videte uosmetipos
ne pdatis q̄ opati estis id. s3 ut mer
cede3 plena3 accipiatis. S aetet qm̄
ois qui pcedit et n̄ pmanet ī doc
tria xp̄i. deū nō h̄t. qui pmanet ī doc
trina ei9 hic et filiu3 et patrē h̄t. Si qs
uenit ad uos et hāc doctinā n̄ affert no
lite recipe eu3 ī domo nec aue ei di
xitis. Qui ē dixit ei aue cōicat opib9 ei9
malignis. Hec e pdixi ub ut ī die3 dni
nr̄i ihu xp̄i nō cōfūdamini. Plura h̄ns
ub scribere nolui p cartā et attrām
tū. Spero ē me futuru3 ad uos et os ad
os loq ut gaudiū urm̄ plenū sit. Sa
lutāt te filie sororis tue electe. Gr̄a te
cum. Am̄.

Gaium pietatis cā extollit. atq3 ut
ī ipa pietate maneat exortatur.
diotrepe3 ī pietatis et supbie cā ob
iurgat. Demetrio āt bonu3 testiōni
u3 phibet cū frib3 uniusis.



Senior gaio kr̄
mo quē ego
diligo ī ueritā
te. Kr̄me de oib9
orōne3 facio p
spere igredi et
ualere. sicut pspe
agit aīa tua. Gauisus sū3 ualde ueni
entib9 frib3 et testimoniu3 phibētib3
ūitati tue. sicut tu ī ūitate ābulas. Ma
iore3 hor3 n̄ h̄eo grām q̄ ut audiā fili
os meos ī ueritate ābulare. Kr̄me fi
delit9 facis quicquid opans ī frēs et hoc ī pe
grinos. q̄ testiōniu3 reddidērut caritati
tue ī cōspectu eccle. quos b̄nfaciēs de
duces digne deo. pnoie ē ei9 pfecti sūt nich
accipiētes de gētib3. Nos ergo debemu9
suscipe huiusmodi ut coopatores simus
ūitatis. Scripsisse3 forsitan eccle. s3 is q̄
amat pmatu3 gerere ī eis diotrepes nō
recipit nos. Propt9 hoc si uenero cōmo
neā ei9 opa q̄ fac9 ūbis malignis garri
ens ī nos. q̄i ista nō ei sufficiāt. ne3 ipe
suscipit frēs. et eos qui suscipiūt phibet
et de eccē eicit. Kr̄me noli ymitari ma
lu3 s3 qd bonu3 ē. Qui bn̄ fac9 ex deo ē.
q̄ male fac9 nō uidet deu3. Demetrio te
stiōniū redditur ab oib3 et ab ipa ūita
te. s3 et nos ei testiōniū phibem9. et
nosti qm̄ testiōniu3 nr̄m3 uerū ē. Multa
h̄ui t scribē s3 nolui p attrāmtu3 et ca
lamū scribere tibi. Spero āt protin9 te ui
dere. et os ad os loqm̄. Pax tibi. Salu
tāt te amici. saluta tu amicos noiatī3
Amen.

Iudas apl's frat9 iacobi. frēs de corrup
torib9 uie ūitatis ita īformat. ut illi
atu3 eē ondāt. de sb iugo semel eruto
suitutis. denuo opa3 sua3 officiis uocari
te fuilibus.



Iudas apl's ihu xp̄i seruus. frat9
āt iacobi. hiis qui sūt in
deo patre dilectis et ihu xp̄o
cōsuatis et uocatis. mīa uo
bis et pax et ūitas adimpleat9.
Kr̄mi oēs sollicitudie3 faciēs scri
bēdi ub de cōmuni urā salute ne
cēe h̄ui scribere uob depcans sup
certari semel tradite scis fidei. Sb
introierūt ē qdā hoies qui olī3 pre